

tutumⁿ⁾. Illoque in melius reformato, tercio nichilominus pastore^{o)} destituto ac recte^{p)} vivendi lege super fontem^{q)} posito Besuē^{r)} apostolorumque principi sacratio ab eodem Brunone pontifice constituitur pater¹¹⁾. Erat^{s)} antiquissimum ac sepius paganorum seu pessimorum quorumque^{t)} hominum infestatione desolatum. Ad huius nempe redintegrationem (*fol. 225r*) dum toto conamine decertaret^{u)}, contigit, ut prædictus episcopus cum comite maxime^{v)} partis Burgundiæ Willelmo¹²⁾, qui etiam eiusdem patris, de quo sermo est, extiterat affinitate propinquus^{w)}, ipso patre presente colloquium pacis^{x)} haberet. Post cetera dixit presul in aure comiti, ut abbati utpote propinquo scilicet suo leniter suggereret, ut elationem, ne forte pro virtutum gratia vel rerum copia surriperet^{y)}, caveret. Ille quoque reverenter accedens dixit, ut monitus fuerat. Tunc pater Willelmus vultu alacri eidem comiti huiusmodi responsum protulit: „Si“, inquit, „cognoscere potero, quod augmentum terrenarum opum vel possessionum unius^{z)} tantum diei nostræ vitæ protrahat spatium, persuaderi non michi potest, quin non^{a)} ad^{b)} horum extollar^{c)} incrementum“. Hoc autem responsum dum comes retulisset episcopo, admirati sunt uterque eius prudentiam pariterque lætati propter illius humilem^{d)} sapientiam.

VII (*cap. 13*). Cum igitur fama sanctitatis illius iam latius deferretur, Normannorum dux venerabilis illam comperiens Richardus^{e)} ¹³⁾ misit ad eum reverenter supplicans, ut ad se veniret. Qui tandem libenter, ut rogatus fuerat, pergens venit ad eum, a quo etiam sicuti decebat, honorifice susceptus est. Cuius sanctissimis cum recreatus, ut erat totius boni amator, dux fuisset eloquiis, obsecrans^{f)} illum, ut ecclesiam sanctæ et individue Trinitatis nomini et honori dicatam, in loco Fiscannensi^{g)} cognomento antiquitus constructam, a suo tamen patre Richardo^{h)}

n) distinctum *B*

o) *fehlt RBM*

p) a recta *R*, ac recta *M*

q) *RBM*, frontem *F*

r) Besuæ posito *M*

s) *BM*; Erat autem, *darin* autem *ü.* d. Z. in *F*; Erat id *R*

t) quorumcumque *RM*, quotcumque *B*

u) inuitaret *B*

v-w) *fehlt B*; vgl. *S. 475 r*)

x) patris *B*

y) subreperet *R*, surreperet *B*

z) uniu' *F*

a) *fehlt RBM*

b-c) ad harum extollat *R*, horum extollat *B*

d) humilem illius *BM*

e) Ricardus *RB*

f) alloquiis obsecrauit *R*

g) Fiscanensi *R*, Fiscamnensi *M*

h) Ricardo *R*

¹¹⁾ Zur Reform des Klosters Bèze s. *B u l s t S. 56 ff.*

¹²⁾ Zur Verwandtschaft Graf Otto Wilhelms von Burgund mit Wilhelm s. *B u l s t S. 23 f.*

¹³⁾ Richard II., Herzog der Normandie (996—1026).